FRANCISCO, POR LA DIVINA MISERICORDIA,

DE LA Sta. ROMANA IGLESIA PRESBYTERO CARDENAL DE SOLIS, ARZOBISPO DE SEVILLA, DEL CONSEJO DE S.M.&c.

A los Venerables, y muy amados Hermanos nuestros Dean, y Cabildo de nuestra Santa Metropolitana, y Patriarchal Iglesia: á los Abades, Priores, y Cabildos de las Co-
legiales: à nuestros Vicarios, Curas, Beneficiados, y Capellanes: á los Prelados de as Sagradas Religiones, y à los demàs Presbyteros Seculares, ò Regulares, y á todos los
demàs Fieles de vno, y otro sexo de este nuestro Arzobispado, de qualquier estado, calidad, ò condicion, que sean, salud en nuestro Señor Jesu-Christo, &c.


HACEMOS saber, que assegurados todos los Reynos de España, con devota admiracion, y commovidos con fervor, à que manifestando Dios por el Propheta, que era nuestro refugio,
y virtud en todas las tribulaciones, assi en la Mar, como en la Tierra, (*Psalm 45.*) y que no teniamos, que temer soberbios enemigos Montes, que contra la Fè pudieran levantarse;
y haviendo su Magestad determinado, con singular providencia, que en el amanecer de la Ciudad Santa de Dios, MARIA Santissima nuestra Señora, la llenasse su Magestad de las
crystalinas impetuosas aguas del Espiritu Santo, alegrando su Santissima Alma contra los tristes ayes de Eva, se han confiado todos los Reynos Catholicos, que en el Mysterio de la
Purissima Concepcion, venerada MARIA Santissima, era, y debian celebrarla especial Principal Patrona de estos Reynos; y mas se certificaban en esto, por entender, se concebia
para Casa de Dios, fundada sobre las Columnas de todas las Virtudes, y soberanos Dones, y que tuvieron estos Reynos la fortuna, de que su Cuerpo, y Alma, que con tanta gracia
se vnieron al concebirse en vna Columna, viniesse, viviendo en carne mortal, à establecer la Fè en España, y llenar de bendiciones estos Reynos. (*Prov. 9.*) Por esso, estos juntos en
Cortes, en las que celebraron en Madrid en diez y siete de Julio de mil setecientos y sesenta, en que todos Juraron à nuestro Catholico Monarcha Don CARLOS III. por Rey de las Españas, pidieron à
S. M. Catholica, solicitasse con N. SS. P. el Señor CLEMENTE XIII. que actualmente gobierna la Universal Iglesia, concediesse nombrar à la Reyna de los Angeles MARIA Santissima, en el Myste-
rio de su Immaculada Concepcion, por Patrona Universal, y Principal de todos los Reynos de España, sin detrimento de el Patronato principal, y general, que en ellos tiene el Apostol Santiago, y
empezò este Sagrado Apostol à practicar, consagrando Templo en España à esta Purissima Señora: lo que oìdo con singular gozo por nuestro Catholico Monarcha, abrasado su corazon con la
devocion fervorosa à este inefable Mysterio de la Concepcion, condescendiò con la suplica de sus Reynos en Cortes, la que hizo presente à su Santidad, quien por su Bula expedida en Roma en
Santa Maria la Mayor en siete de Noviembre del mismo año de mil setecientos y sesenta, declarò por Patrona Universal, y Principal de todos los Reynos de España à MARIA Santissima nuestra
Señora en el Mysterio de su Immaculada Concepcion, mandando celebrar el dia de su Fiesta con el Rito doble de Primera Classe, y Octava, con todas las circunstancias, que por Rubricas del
Missal, y Breviario Romano se deben à los Principales, y Universales Patronos, por serlo de todos los Reynos de España MARIA Santissima en su Purissima Concepcion. Y deseando su Santidad
manifestar su complacencia en la solicitud, y piadosa devocion de nuestro Catholico Monarcha, y sus Reynos, y que con el mayor fervor, y fruto celebrassen tan Sagrado dia todos los Españo-
les, concede su Santidad Indulgencia plenaria, y remission de todos sus pecados, à todos los que verdaderamente contritos, haviendo confessado, y recibido el Santissimo Sacramento, visitaren
qualquiera de las Iglesias consagradas à Dios nuestro Señor en honra, y gloria de MARIA Santissima: y los Regulares de vno, y otro sexo, qualquiera de sus Iglesias, el dia en que se celèbra el
Mysterio de la Immaculada Concepcion, desde las primeras Visperas, hasta puesto el Sol de el dia de la Festividad, y en dicha Iglesia rogaren à Dios nuestro Señor por la exaltacion de nuestra
Santa Madre Iglesia, concordia entre los Christianos Principes, y extirpacion de las heregìas, cuya Bula, y gracioso Rescripto, es como se sigue.

CLEMENS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

QUANTUM ornamenti, ac præsidii semper Regnis accesserit ex insigni pietate erga
Deum, ac Beatissimæ Virginis Mariæ veneratione, ex quibus cælestes omnes
benedictiones promanant, optimè intelligentes, ideòque præcipuo Officii nos-
tri muneri satisfacturi, quo Christiani orbis spirituali, ac temporali bono pros-
picere debemus, petentibus illis, paternâ charitate obsecundare non renuimus, quæ in-
clytæ Cælorum Reginæ auxilium, opemque implorant, cujus Cultus, vt in dies magis
magisque augeatur, par, æquumque est Apostolicâ auctoritate providere; proindè liben-
tissimè pia complenda censemus vota populorum, qui eandem Beatam Virginem sub
speciali titulo in Hispaniarum Regnis venerari exoptant, idque potissimùm expetente
Pio, Religioso, & de Romana Ecclesiâ optimè merito Rege Catholico, qui amplissimas
suas Ditiones tùm florentissimas vndequaquè reddere, tùm maximè supremo, ac cælesti
patrocinio roborare quotidie summo studio contendit. Nuper siquidem nobis Regio No-
mine charissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, dilectus filius
Emmanuel de Roda, dicti Caroli Regis Consiliarius, & modò apud Nos negotiorum
ejusdem Caroli Regis Minister, supplicem porrexit libellum tenoris sequentis, videlicèt:
Beatissime Pater, Universi Hispaniarum Regnorum Delegati, totamque Hispanam Ditio-
nem repræsentantes in Comitiis habitis sexto decimo Kalendas Augusti hujus anni, Sere-
nissimo Regi Catholico retulerunt de perpetua, atque insitâ omnibus, qui Hispano nomi-
ne censentur, pietate, ac religione ergà Sanctissimam Dei Genitricem, Angelorum Regi-
nam, Virginem Mariam, præsertim in ejus Immaculatæ Conceptionis Mysterio, illudque
sanctissimè servari in quovis, sive Militari Ordine, sive Studiorum Universitate, seu Ci-
vitatum Senatu, Collegio, Sodalitio, aut quocumque alio legitimo Corpore: vix autem
est quisquam ex Regi Catholico subjectis, qui in aliquem hujusmodi Cœtum non sit
adscriptus, vt quisquis in Cœtum, aut Ordinem hujusmodi cooptatur, primùm se Sacra-
mento ex formula concepto obstringere debeat, de tenendo, ac studiosè, & pro viribus
defendendo Immaculatæ Conceptionis Mysterio, cui Sacramento sese Rex ipse Catholicus,
atque Hispaniarum Regnorum Delegati similitèr obstrinxerunt in Conventu habito anno
millesimo sexcentesimo vigesimo primo, Festumque cum Octava, juxta Ecclesiæ Roma-
næ Ritum impensâ publicâ quotannis celebrandum perpetuò decreverunt; quod ad hanc
vsque diem diligentissimè observatur, ita vt effuso huic Hispanorum cultui ergà Deipa-
ram Virginem, ejusque Purissimam, ac Immaculatam Conceptionem meritò tribuuntur
& fœlicitas publica, qua Hispaniarum Regna fruuntur, & Fidei, atque Religionis puritas,
quæ in eisdem viget, quamplura deniquè beneficia, quibus à Divina providentiâ donan-
tur in dies. Quoniam autem mirus est Regnorum consensus cum ipso Rege Catholico,
æmulante Illustrium Prædecessorum exempla in hoc pio studio colendi Immaculatæ Con-
ceptionis Mysterium, propterea ab eadem Sacra Majestate Catholica supplices petierunt,
vt specialem Regnorum omnium, ac Ditionum Hispaniæ, & Indiarum, Patronam, & Ad-
vocatam expressam, hanc Cæli, terræque Dominam, in sacro ejus Immaculatæ Concep-
tionis Mysterio assumere, atque admitti vellet, cum eo Cultu, & Precum recitatione, quæ
Sanctorum Patronatui conveniunt, juxta Ecclesiæ Romanæ Ritum, sine tamen præjudicio,
aut detrimento Cultûs Sancto Jacobo Apostolo, primævo Hispaniarum Patrono præstandi,
cùm ei nolint, nec valeat honoris quidquam detrahi, aut imminui, ob novum hoc obse-
quium, Apostolorum, Angelorum, totiusque Aulæ Cælestis Reginæ deferendum. Cùm au-
tem Rex Catholicus, libentissimo animo, enixas Delegatorum, adeòque totius Hispaniæ
Regnorum preces exceperit, Emmanuel Roda nunc penès Sanctitatem vestram ejusdem
Regis Catholici Minister, ejusque Regio Nomine, ac mandato, Sanctitatem vestram orat,
vt ratum, sartumque habeat, atque auctoritate Apostolica approbare, & confirmare digne-
tur ejusdem Patronatum Sanctissimæ Virginis Mariæ, in ejus Sacro Immaculatæ Concep-
tionis Mysterio, cum Precum recitatione, & Cultu congruentibus: atque vt probè intelli-
gantur, quæ in hanc rem, vt præfertur, gesta sunt, authenticas attestationes actorum in
dictis generalibus Comitiis, quo decet obsequio, exhibet, & pro gratia, &c. *Cumque* simul
nobis obtulerit ipsius Regis Epistolam, datam Sancti Ildephonsi, die vigesima octava Au-
gusti proximè elapsi, nobisque directam, qua gesta hac de re in præhabitis Comitiis no-
bis repræsentans, vt ejus votis annueremus, humiliter supplicat: Nos eximiam, & vndique
perspectam dicti Caroli Regis religionem summoperè commendantes, ac subjectorum ipsi
populorum pietatem, & devotionem hujusmodi Prædecessorum nostrorum exemplo tueri
volentes, illius voluntati eo impensiùs obsecundare studemus, quo Auctoritas nostra spiritua-
li, & temporali dictorum Regnorum, & Dominiorum vtilitati noscitur profutura, fir-
mamque spem, & fiduciam habentes eandem Beatissimam Virginem Dei Genitricem Ma-
riam gratam habituram in Cælis, quod Unigeniti ejus Filii Domini nostri auctoritate no-
bis, licèt immeritò, traditâ gerimus in terris, ipsam in prædicto Mysterio colendam, vti
præcipuam vniversalem Patronam dictorum Regnorum, & Dominiorum, juxta preces
in præinserto supplici libello expositas decernimus, & electionem, vt præfertur, factam,
Apostolica auctoritate, harum sèrie confirmamus, & approbamus; ejusdem Mysterii
propterea Festum in dictis Regnis, & Dominiis, per vniversum Clerum, tàm Sæcularem,
quàm Regularem, & quomodolibèt exemptum, sub Ritu duplici primæ Classis cum Octa-
va celebrari, cum prærrogativis omnibus, hujusmodi Patronorum Festis competentibus, &
à Sede Apostolica approbatis, juxta tamen Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, &
sine immutatione aliqua Cultûs in dictis Regnis, & Dominiis Sancto Jacobo Apostolo
etiam illorum Patrono præstari soliti, ac salvâ in omnibus observantiâ Constitutionum
Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, præsertim fælicis recordationis Pauli
Quinti, anno millesimo sexcentessimo vigesimo secundo, & Alexandri Septimi, anno
millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, super ejusdem Mysterii veneratione editas,
quarum tenorem per Præsentes innovare intendimus, dicta Apostolica auctoritate servari,
& exhiberi concedimus, ac respectivè præcipimus, & decernimus. Prætereà omnibus
vtriusque sexus Christifidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione re-
fectis, qui die, quo dicti Mysterii celebritas per Catholicam Ecclesiam recolitur, à primis
vesperis, vsque ad occasum Solis diei hujusmodi, quamlibet Ecclesiam in Regnis, & Do-
miniis præfatis, Omnipotenti Deo in honorem ejusdem Beatæ Mariæ Virginis dicatam,
& quoad Regulares, & Moniales, qui propriam Ecclesiam quotannis devotè visitaverint, &
ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresûm extirpatione, & Sanctæ Matris Ec-
clesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suo-
rum indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino, perpetuis futuris tempori-
bus concedimus. Non obstantibus, quatenùs opus sit, cæteris quibusvis Constitutionibus
Apostolicis, & Decretis etiam generalibus editis, quibus omnibus, & singulis illis, aliàs in
suo robore permansuris, hac vice dumtaxàt harum serie derogamus contrariis quibuscum-
que. Volumus autem, quod earumdem Præsentium trassumptis etiam impressis, per ali-
quem Notarium Publicum subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate consti-
tutæ munitis, eadem prorsùs vbique fides adhibeatur, quæ eisdem Præsentibus originalibus
adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc pa-
ginam nostræ constitutionis, declarationis, decreti, concessionis, derogationis, & volun-
tatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit,
indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se no-
verit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis
Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo, sexto Idus Novembris, Pontificatûs
nostri anno tertio. = C. Cardinalis Prodatarius. = Pro Domino Cardinali Passioneo. =
Joannes Florius Substitutus. = Concuerda esta Copia con su original, que se me ha remi-
tido de orden del Consejo de la Camara. Y para que conste, lo firmè, y mandè sellar, y
refrendar en Madrid, à doce de Mayo de mil setecientos sesenta y vno. = Don Andrès de
Zerezo y Nieva. = Andrès de Zerezo Arenzana.

Y Nos estando de acuerdo con los dichos nuestros Venerables, y muy amados Hermanos Dean, y Cabildo de nuestra Santa Metropolitana, y Patriarchal Iglesia, deseando, para mas encen-
der en los corazones de todos nuestros Subditos la, como innata, devocion al Mysterio de la Immaculada Concepcion de MARIA Santissima, mandamos publicar por todas las Ciudades, Villas, y
Lugares de este nuestro Arzobispado, el Patronato Principal, y Universal, que sobre todos los Reynos de España tiene MARIA Santissima en el Mysterio de su Purissima Concepcion, declarado, y
aprobado en dicha Bula por N. SS. P. y Señor CLEMENTE XIII. sin perjuicio del Patronato Principal, que sobre dichos Reynos tiene, y exerce el Apostol Santiago. Y exhortamos à todos, y à cada
vno de nuestros Subditos, procuren con la mayor devocion invocar, adorar, y celebrar à MARIA Santissima en su Immaculada Concepcion en todas sus tribulaciones, y fatigas, como à segura eficàz Pa-
trona, y disponerse con verdadera perfecta confession de sus culpas, y devota Sacramental Comunion, para celebrar su Fiesta, visitar su Iglesia, y ganar la Indulgencia Plenaria concedida por su
Santidad. Dado en nuestro Palacio Arzobispal de Sevilla, en diez y ocho de Junio de mil setecientos sesenta y vno.

F. Cardenal Arzobispo de Sevilla.

Por mandado del Cardenal Arzobispo, mi Señor.

Dr. D. Ramon Alvarez de Palma.

Secretario.